



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Tentatur Campiani constantia primum promissis dein tormentis, n. 21.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

custodiâ mittit. Eius Præsidis in primis humanitate, concursantiumque ad
 spectandum colloquendumque populorum varietate iucundum initio iter
 fuit: At ubi Colbricum peruenere (quindecim milliariibus Londino distan-
 ctum) nouis à Senatu mandatis iubetur uti vincētis omnes post tergū manibus,
 pedibusque sub equorum lateribus ligatis vehantur in vrbem; *Campiani* præter-
 ea pileo ligatur inscriptio *Edmundus Campianus, Iesuita Seditiosus*. Præulere
 v delicta cā pompā Consiliarij Regij, non argumentis deinde sed tormentis
 esse de Religione dimicandum. Londinum (vrbs Tamēsi fluuio incumbens)
 lōgo tractu ad bis mille passus protenditur à via Berchienti ad arcē, in ceteriori
 ripa ad Orientem solem sitam: In eam arcem ducti tres vincēti per vrbs præ-
 cipuas plateas (cū alijs signis non possent) vultu ad hilaritatem factō animi
 æquitatem celsitudinemque, populo ad spectandum effuso, testati sunt. Inde
 in diuersas custodias diuiduntur.

XXI. *Campianum* Odoenus Hoptonus Arcis præfectus initio liberalita-
 ter habitum, sermonum promissionumque blandimentis à directo itinere in
 suam scētam rationemque vitæ auertere ad laborauit: Multa de Regina be-
 nignitate, multa de honorum præmijs quæ consequi posset, de rei familiaris
 amplitudine, deque ipsa sedis Archiepiscopalis obtinendæ spe, & operosè ia-
 ctabat, & spondebat magnificè. Tantamque vel in Aulicæ vi eloquentiæ fir-
 mitatem, vel in splendendorum argumentorum opibus fiduciam poluerat, ut
 cū apud suos victum iam prope esse *Campianum* familiari mendacio spar-
 sisset, omnes per vrbem perque Regnum conciones, non vnus hominis ina-
 ni spe, sed tanquam peracta re personarent, *Campianum* à suis ad alienos de-
 scuisse. At vanam fuisse hanc omnem fabulam non ita multo post perpeffa
 ab eo summa constanti à grauissima tormenta demonstrarunt Tertio enim in
 equuleo stratus, manibus pedibusque in diuersa distractis, & corporis totius
 compage alternantium trochlearum vi luxatâ, non alio semortis genere ani-
 mam editurum existimauit, quàm hac neruorum artuumque immuni lacerati-
 one conuulsioneque, sustinentis debilitate magis quàm torquentium misera-
 tione quandoque intermissa: ut prodigij simile sit potuisse homines tam
 magnæ audaciæ reperiri, qui Regina ea de re queritanti, & tam inhumanam
 quæstionum crudelitatem tanquam honoris sui labem damnanti interdicien-
 ti que responderent, *Campianum* nequaquam tam grauius tortum, quin &
 ingredi confestim potuerit, & interrogationibus subscribere: Et suaderi id
 fortasse potuisset, nisi post dierum complurium cessationem, in oculis totius
 vrbs confluentis ad tribunalia, cū iudicium de capite diceretur, tam fractus
 afflictuque apparuisset, ut rē manu a quidem de more attollere quiverit, nisi
 à vicino Sacerdote adiutus; qui osculo reuerenter salutatam suâ terexit firma-
 uitque. Atque tam vera illa torquentium misratio ipsi Regina visa est, quàm
 commentum aliud quod ei dem responsioni inseruerunt, nullam de religione,
 sed de vi omnem de quibus noxijs in Regnum Regni que Principem studijs quæstio-
 nem fuisse: neque enim illa vnquā putauit Sacerdotes huiusmodi tam immanis

Tentatur
 Campiani
 constantia
 primum
 promissa

Deinde tor-
 mentis.

Cambde-
 nus Ao 27.
 Elizabetha

Idem Ao
 24.

M

sceleris

1581. sceleris reos vt in Principis sui perniciem flagitiose conspirarent. Victa tamen Senatorum suorum frequentatis suggestionibus, concessit importunitati, quod prudentiæ fuisset negatura; occurrentibus istis è re publica esse vt è viuis hi homines tollerentur; nè videlicet plebs per horum in regno priuatum perq̃ re Catholicorum Principum publicum commercium, in religione quidpiam mutandum arbitraretur, ferretq̃ re grauius: Per id enim tempus *Alansonius*, Gallix Regis frater, Elizabethæ nuptias ambiens in Anglia diuersabatur. Senatoribus igitur dum res permittitur, & hi ad tollendos è medio doctrina vitæq̃ne genere conspicuos viros causam Religionis & turpem & infirmam esse sapienter decernunt, fictis criminibus implicatisq̃ue interrogationibus ad tantum nefas muniendam sibi viam existimauère, quò *populo placerent* (vt ait ille) *quas fecissent fabulas.*

Dies disputationi dicitur iniquis conditionibus.

XXII. Nè vero *Campiano* iam in manibus versante abhorre à congressu viderentur docti illi omnes atque eruditi viri quos scriptis primùm literis tum decem rationibus in lucem editis ad certamen euocarat, diem disceptationi dicunt, ijs conditionibus quæ nemini præterquam causæ aut facultati suæ diffidenti decoræ, aut tolerabiles videri potuissent. Primùm enim in arenam non ante descendere statuerunt, quàm inediâ debilitato corpore atque torsionibus prope confecto, futurum in aduersario plus doloris ad animum infringendum, quam virium ad disputandi contentionem arbitriati sunt. Tum quantâ potuerunt diligentiam cauerunt nè de decreto certamine quidquã ad aures *Campiani* locorumque dimanaret, quò imparatos, non à libris modò, sed ab omni cogitatione dimicandi aggredierentur: Iudices deinde Exceptoresq̃ re non alios quàm suæ sectæ homines habuere. In ipso autem certamine cum auctorum testimonio probanda reiiciendaque essent ea quæ afferbantur in medium, vitiatos codices obtrudere. Eâ causâ noui Testamenti Græcum volumen intactum abiecit *Campianus*, Basilij verò locum integrum auditoribus copiosè explicauit, ostenditq̃ue non se Græci Sermonis (vti illi interpretabantur) incitiâ, priore exemplari abstinuisset, sed ab impuritate (à Beza fortasse corrupti) codicis abhorruisse: Lutheri autem opera, quæ prolata sunt, melioris farinae non fuisse pari felicitate monstrauit. *Ita error non nisi falsitate roboratur.* Toto triduo, ternis ante meridiem, totidem ad vesperam horis decertatum est, eâ Heterodoxorum gloriâ, quàm altero congressus die occultatam potius quàm pluribus accurrentibus testatam esse maluerit. Nam cum pridie Calendas Septembris in Templo intra arcem, loco amplo, frequenti auditorio confedisent, sequentibus diebus in Odoëni Hoptoni conclaue, raris auditoribus (plures enim arcebat locus) compressi sunt. Mutati etiam oppugnatores non modicam dedere parum fidentis animi suspicionem: Noëllus & Daijo, Fulkus & Godius successere, euentu non magis felici quàm quem primi experti sunt. Quamuis enim pro eâ quam victi omnes sumunt libertate simulandi, in vulgus propediem sparsum fuerit, malè Catholicis propugnatoribus cessisse; quòd

Alij VVh. takerum addunt & Bealum.